



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 106. Articulus de Sacramentorum necessitate discussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

promissio continetur, cuiusmodi sunt etiam Sæc. XVI.  
alremosyna, & precatio.

A.C. 1547.

§. CVI.

*Articulus de Sacramentorum necessitate discussus.*

Postmodum Patres processerunt ad examen secundi articuli de necessitate Sacramentorum ; quippe eorum nonnulli contendebant, quod potius distingendum sit inter Sacra menta , cum non omnia cuivis sint omnino necessaria , imo eorum quædam simul cum altero consistere nequeant, uti sunt Ordo & Matrimonium. Alii ex adverso censabant, hunc articulum sine discrimine esse damnandum duabus de caussis , quarum prima erat , quia unius Sacra menti necessitas sufficit , ut totus articulus falsi redarguatur : altera vero ratio fuit hæc , quod omnia Sacra menta quodammodo sint necessaria , unum absolute , atque alterum ex hypothesi , seu sub conditione : verum cum Præfulum non nullis haud congruum videretur , quod in stabiliendis fidei articulis æquivoca quædam deprehenderentur , hinc ut his quoque satisficeret , in Canone addita fuere hæc verba : si quis dixerit , Sacra menta non esse necessaria , sed superflua &c. His enim verbis prior significatio magis ampla

Sæcul. XVI. pla reddebat. Porro alteram hujus  
A.C. 1547. articuli partem, in qua sola fides ad  
obtinendam gratiam requiri dicitur, complures omittendam censebant, eo-  
quod illam solam non sufficere, jam in  
Sessione præcedenti definitum esset; quapropter Patres ad Baptismi votum  
transierunt. Hanc in rem Marinarus  
Carmelita hoc modo differuit: *Sacra-  
menti distinctio a voto Sacramenti est qui-  
dem vera, sed solis Scholasticis usitata, an-  
tiquis Patribus incognita, & difficultatibus  
obnoxia: in Actis enim Apostolorum in Cor-  
nelio Centurione erudiendo Angelus dixit,  
orationes ipsius Deo fuisse gratas, antequam  
Sacramentum Baptismi cognosset, aut alia  
in fide peculiaria. Etiam universa ejus fa-  
milia audita D. Petri concione, recepit Spi-  
ritum sanctum, priusquam edoceti essent na-  
turam Sacramentorum, accepto quidem Spi-  
ritu sancto a divo Petro edoceti Baptismum,  
verum antequam ipsis innotuisset, eum ne vo-  
to quidem potuerunt accipere. Latro quo-  
que jam moribundus solius Christi virtute  
tum illuminatus, cognitionem nullam Sacra-  
mentorum habuit, ut voto ea desideraret,  
multique sancti Martyres in ipso persecutio-  
nis ardore ad Christum conversi, dum con-  
spicillariorum constantia ipsi continuo divino  
Numine afflati ad lanienam abripiuntur, nemo  
dixerit, quod Sacramentorum cognitione  
imbuti Baptismum voto expetierint, nisi di-*  
*vina-*

vinatione id asscutus. Itaque satius est di-Secul XVI.  
 distinctionem eam relinquere scholis, & arti- A.C. 1547.  
 culis fidei non inserere. Ast communis  
 opinio cum hac pugnans tenebat, ut-  
 cunque verba distinctionis nova essent, &  
 scholastica, credendum tamen, Christum rem  
 verbis significatam docuisse, proque Apo-  
 stolica traditione habendam: quod autem at-  
 tineret exempla Cornelii, latronis & Mar-  
 tyrum, sciendum in Sacramento duo esse  
 voti genera, unum explicitum alterum im-  
 plicitum, & posterius hoc saltem esse nece-  
 ssarium, hoc est, si actualiter non voverint,  
 voturos certe, si rem satis intellexissent. At-  
 que haec alii vera esse concedebant, sed ne-  
 gabant obligare tanquam articulos fidei. Ita-  
 que cum de difficultatibus his non pe-  
 nitius convenirent, placuit eas ad Sy-  
 nodum, id est, ad congregationem ge-  
 neralem remittere.

### §. CVII.

#### *De Excellentia Sacramentorum.*

Tertium Articulum de Sacramento-  
 rum excellentia Patres unanimi suf-  
 fragio falsum esse censebant, Theologi  
 tamen omnes in hoc conveniebant, quod  
 propter necessitatem, utilitatemque Ba-  
 ptismus ceteris omnibus Sacramentis  
 antecelleret; Matrimonium vero ratio-  
 ne significationis, & quantum ad tem-  
 poris